

sum iust, ut tamen morte filii ex adulterio nati, alisque...

64. Hujus veritatis nulla ratio a priori assignari potest...

65. Has rationes eleganter exponit Tridentinum sess. 14...

66. Præter has rationes, seu congruentias, dux alie assignari possunt...

67. Alia ratio seu congruentia adducitur a D. Thoma hic...

68. Verum in hac ratione D. Thomæ, difficile est explicare...

so, cum impossibile sit, hominem habere duos ultimos fines...

Respondeo cum Cajetano hic art. 4. & Soto in 4. dist. 15...

Adverte autem ad majorem hujus rationis intelligentiam...

§. II.

Solvuntur objectiones hæreticorum.

Contra veritatem Catholicam paragrapho precedenti explicatam...

Respondeo in duobus prioribus Scripturæ locis, Prophetam comparatè justum & impium...

Ad locum Apostoli dicendum, quod licet remissa per penitentiam...

Ad Tertullianum vero respondeo ipsum loco citato loqui de Baptismo...

Obijciunt secundo: Christus plenissime pro nobis satisfecit...

DISPUTATIO IV.

De remissione peccatorum Venialium.

Ad quæst. 87. D. Thomæ.

CUM penitentia, non solum peccata mortalia, sed etiam venialia remittere valeat...

ARTICULUS I.

Utrum ad remissionem peccatorum venialium necessaria sit aliqua penitentia interior...

§. I.

Referuntur sententiæ, & vera eligitur, & duplici conclusione explicatur.

IN hujus difficultatis resolutione dux sunt extrema sententiæ, & alia media...

Dico primo, ad remissionem peccatorum venialium non sufficere quodcumque opus bonum...

Probat secundum conclusio: Cum peccatum sive mortale sive veniale...

Confirmatur: Si quodcumque opus meritorium sufficeret ad remissionem peccati venialis...

ut in Tractatu de Incarnatione disput. 4. artic. 2. sub ostendimus...

Respondeo, concessa Majori, negando Minorem, ad perfectionem enim...

Ad illud quod subditur de Christo, dicendum est, Christum sic egisse...

Obijciunt tertio: Penitentia vim habet remittendi peccata æterna...

Respondeo, concessa Antecedente, negando Consequentiam...

Idem privilegium tribui voluit Deus martyrio, tum quia est opus maxime arduum...

Obijciunt quarto: Sublata causa tollitur effectus: Sed culpa peccati...

Respondeo peccatum esse quidem causam reatus peccati temporalis...

eundem, quia quantumcumque gratia sit intensa, non habet impossibilitatem cum peccato veniali.

8 Dico secundo, ad remissionem venialium non requiritur necessarium poenitentia formalis, sed sufficit virtualis, Ita S. Thomas articulo citato, ubi post verba superiori conclusionis adducta, subiicit: *Exigitur autem ad remissionem peccati mortalis, perfectior poenitentia, ut scilicet homo actualiter peccatum mortale commissum deserat quantum in ipso est, ut scilicet diligenter adhibeat ad rememorandum singula peccata mortalia, ut singula deserat. Sed hoc non requiritur ad remissionem venialium peccatorum. Non tamen sufficit habitualis dispensentia, qua habetur per habitum caritatis vel poenitentia virtutis; quia sic caritas non compacteretur peccatum veniale, quod patet esse falsum. Unde sequitur quod requiritur quaedam virtualis dispensentia, puta cum aliquis hoc modo ferat secundum affectum in Deum & res divinas, ut quicquid sibi occurreret quod eum ab hoc motu retardaret, displiceret ei, & doleret se hoc commississe, etiam si actu de illis non cogitaret. Quibus verbis aperte docet, ad remissionem venialium non requiri necessarium poenitentiam formalem, sed sufficere virtuales.*

6 Ratio etiam id suadet: Primo, quia sola poenitentia virtualis sufficienter opponitur veniali, nam sicut in veniali est recessus non quidem ab amicitia, sed a familiaritate Dei, & conversio aliqua inordinata ad creaturam; ita poenitentia virtualis, qualis est actus caritatis, est accessus ad familiaritatem Dei, & recessus a creatura.

7 Secundo, Multo plus requiritur ad remissionem peccati mortalis, quam ad remissionem peccati venialis: Sed ad remissionem peccati mortalis sufficit poenitentia virtualis, saltem per accidens, ut disputatio precedenti ostensum est art. 2. concl. 2. Ergo eadem sufficere ad remissionem peccati venialis, etiam per se & ex natura rei.

8 Tertio, Peccata venialia non sunt de necessitate confessionis, nec per consequens etiam de necessitate contritionis: Ergo remittuntur sine ordine ad contritionem, atque adeo sine poenitentia formali.

9 Quarto, Sacramentalia aliqua cum devotione suscepta, habent vim ad remittendum peccata venialia ut infra dicemus: Ergo a fortiori remittuntur peccata venialia per actum caritatis vel devotionem ad res divinas. Patet Consequentia, actus enim caritatis magis opponitur venialibus peccatis, quam sacramentalis, *Dicit per actum caritatis, vel devotionem ad res divinas, quia nomine poenitentia virtualis, intelligitur non solum actus caritatis quo movetur in Deum, sed etiam omnis motus quo quis ita fertur in res divinas, ut venialia displiceant, si memoria occurrerent; talis enim motus potest dici poenitentia virtualiter aut equivalenter, totque remittit peccata venialia, quot formaliter sub virtualiter displiceant, & omnia, si omnia displiceant sub aliqua ratione communi omnibus, puta sub ratione divinae offensae.*

§. II.

Solvuntur objectiones.

- 10 Obijcies primo contra primam conclusionem: D. Thomas hic art. 1. ad 2. affirmat martyrium & baptismum purgare ab omni culpa tam veniali quam mortali, si non inveniatur voluntatem actu adherentem peccato: Ergo censet ad remissionem venialium non requiri necessarium actum poenitentiam.
- 11 Respondeo S. Thomam in eo qui ad martyrium vel ad baptismum accedit cum peccatis venialibus aut mortalibus, supponere praecessisse aliquem actum attritionis, quo posito, ut deinde martyrium aut baptismus peccata remittant, sufficit, si inveniatur voluntatem Martyris vel baptizandi actu peccato non adherentem. Quod autem hoc supponat, patet tum ex corpore articuli, ubi ad utraque peccata dimittenda requirit poenitentiam: tum quia eodem modo loquitur de remissione mortalium & venialium, per martyrium & baptismum: nemo autem dicit, de facto martyrium vel baptismum mortalia remittere sine attritione.
- 12 Dices: Si baptismus & martyrium non remittant peccata venialia, sine attritione formali aut virtuali, de illis poterit prudenter dubitari, an aliquibus baptizatis ad peccata venialia valde propensis, talia peccata per baptismum remissa fuerint, subindeque convenientis satisfactio poterit pro illis imponi, quod in Ecclesia inauditum est. Poterit quoque Ecclesia prudenter orare pro aliquibus Martyribus, ut Deus illis remittat poenas peccatorum venialium, cum quibus decesserunt. Quod est contra sensum & praxim Ecclesiae, & contra illud S. Augustini: *Insuperiam facit Martyri qui orat pro Martyre.*
- 13 Respondeo negando utramque sequelam, cum enim ea sit vis baptismi & martyrii, ut remittat omnia peccata tam mortalia quam venialia ante ipsum commissam, quoad tantum culpae, & totius poenae, nisi adsit obex, si quis

baptismum suscepit, aut martyrium passus est, cum obice negativo circa venialia, defectu attritionis de illis, cum primum postea ponitur attritio, tolluntur omnia venialia quoad culpam & quoad poenam integram, quare non est imponenda satisfactio baptizatis cum tali obice, sed tantum hortandi sunt, ut qui primum atterantur, & obicem tollant. Similiter non est orandum pro Martyre post ejus mortem, ut a poenis liberetur: quia in instanti separationis animae a corpore, vel paulo ante, prorumpit in actum ferventissimum contritionis vel caritatis, quo liberatur ab omni poena peccatis venialibus debita, quae ante mortem non expiavit.

Obijcies secundo: Omnis actus dilectionis, est non solum virtus dispensentia de venialibus, est meritorius gloriae aeternae. Ergo a fortiori meretur remissionem venialium, qui enim potest id quod est majus, a fortiori potest id quod est minus: Ergo ad remissionem venialium non requiritur necessarium actus poenitentiae formalis aut virtualis.

Respondeo, concessio Antecedente, negando Consequentiam, quia actus caritatis per se ordinatur ad promerendam vitam aeternam, non autem ad remissionem venialium, nisi cum illis habeat oppositionem, quam non habet, si non sit virtualis saltem eorum dispensentia. Illud vero axioma: *qui potest majus, potest & minus;* habet locum solum in his quae sunt ejusdem rationis, aut subordinata, qualia non sunt remissio culpae venialis, & meritum vitae aeternae.

Obijcies tertio: Qui meretur finem, & meritum tolli impedimenta ad finem: Sed venialia sunt impedimenta ad gloriam: Ergo qui meretur gloriam, meretur etiam remissionem peccatorum venialium, subindeque licet per illam sufficit quodcumque opus bonum & meritorium vitae aeternae.

Respondeo distinguendo Majorem: Qui meretur finem, meretur tolli impedimenta essentialia ad finem, concedo. Meretur tolli impedimenta accidentalia, nego. Alioquin qui meretur gloriam, meretur totum tempus remissionem, nam haec etiam est impedimentum ad illam. Cum igitur venialia solum sint impedimentum accidentale, retardant, non tollent gloriam, non sequitur, quod qui meretur gloriam, mereatur tamen remissionem venialium: postquam enim elices opus bonum & meritorium vitae aeternae, retinendo affectum ad aliquod veniale; peccatum autem veniale (ut infra dicemus) non potest remitti, saltem de via ordinaria, quamvis homo retinet affectum ad illud.

Obijcies quarto cum Soto: Macula peccati venialis consistit in obligatione ad poenam temporalem: Sed poena temporalis debita peccato veniali, sine actu poenitentiae remitti potest: Ergo & tolli macula peccati venialis. Minor videtur certa. Major vero ex eo probari potest, quod cum peccatum veniale non causet privationem gratiae, nec convertet hominem ad creaturam tanquam ad ultimum finem, transacto actu peccati venialis, nihil ex eo remanere potest, quod habeat rationem maculae, seu peccati habitualis, nisi reatus seu obligatio ad poenam temporalem.

Respondeo negando Majorem, tam quia obligatio ad poenam est quid consequens culpam; ideo enim aliquis dignus est poena, quia peccavit, & veniale est proprie culpa, cum sit materia confessionis, quae non versatur, nisi circa culpas. Tum etiam, quia alioquin posset veniale remitti ei qui haberet actuale propositum illud in futurum committendi; nam posset solvere pro praeterito, & simul habere propositum committendi aliud in futurum. Ad probationem in contrarium, respondent aliqui, maculam peccati venialis consistere in conversione inordinata ad bonum commutabile, non quidem quae sit contra ipsum Deum simpliciter loquendo, sicut ea in qua consistit peccatum mortale, sed tantum praeter Deum, atque adeo retardans affectum, ne prompte in eum feratur. Cui responsioni manifeste favet Divus Thomas hic articulo 2. ad 3. ubi ait: *quod sicut in corpore contingit esse maculam dupliciter: uno modo per privationem ejus quod requiritur ad decorem, puta debiti coloris, aut debita proportionis membrorum; alio modo per induritionem alicujus impeditentis decorem, puta luti aut pulveris: ita etiam anima inducitur macula; uno modo per privationem decoris gratiae per peccatum mortale; alio modo per inclinationem affectus inordinatam ad aliquod temporale, & hoc fit per peccatum veniale. Alii vero censent quod sicut macula peccati mortalis non consistit in aliquo positivo, sed in privatione gratiae sanctificantis, in anima peccatoris est praeterito actu peccati resiliante, ut in Tractatu de peccatis cum Carmelitis Salmanticensibus docuimus disput. 8. articulo 3. ita macula peccati venialis non consistit in aliquo positivo, sed in privatione fervoris caritatis, seu illius habitus qui habet caritas, ut prompte feratur in Deum. Et haec etiam solutio probabilis est, & his quae loco citato Tractatus de peccatis docuimus, omnino consona.*

Dices:

ARTICULUS II.

Utrum ad remissionem venialium requiratur gratia?

§. I.

Quibusdam praemissis difficultas resolvitur.

Notandum primo, hanc quaestionem tam de gratia actuali quam de actuali procedere, inquirimus enim, utrum non solum auxilium aliquod supernaturale movens liberum arbitrium, sed etiam gratia habitualis hominem justificans & sanctificans, ad remissionem peccatorum venialium requiratur?

Notandum secundo, ad remissionem venialium gratiam habitualem posse requiri tribus modis. Primo antecedenter, ut persona fit capax talis remissionis. Secundo concomitanter, quia quodlibet opus remissionis venialis, est etiam meritorium gratiae. Tertio formaliter, quia non potest veniale expelli, nisi per gratiam habitualem, ut per formam oppositam. His praemissis, pro resolutione difficultatis proceditur.

Dico primo, remissionem venialium non potest fieri sine gratia actuali, seu auxilio supernaturali divinae gratiae. Est contra Scotum, Gabrielem, Majorem, & alios, exilimantes ad remissionem venialium sufficere actum virtutis naturalis, subindeque ad illam auxilium supernaturale divinae gratiae non requiri. Est tamen D. Thomae hic art. 2. ad 3. ubi ait: *quod ad tollendam maculam venalis peccati requiritur aliquis actus procedens ex gratia, per quem removeatur inordinata adhesio ad rem temporalem.* Et art. 4. ad 2. dicit quod licet ad remissionem peccati venialis non requiratur nova infusio habitualis gratiae, requiritur tamen aliquis actus gratiae.

Ratio etiam id suadet: Peccatum enim veniale est quoddam malum pertinens ad ordinem gratiae, cum retardat affectum ne prompte tendat ad Deum ut finem supernaturalem, & causet aliquam deordinationem circa media ad talem finem: Sed malum pertinens ad ordinem gratiae, non potest tolli nisi per gratiam, seu ex auxiliis divinae gratiae, unumquodque enim tollitur a suo contrario: Ergo peccatum veniale non potest remitti sine auxilio supernaturali divinae gratiae.

Confirmatur. Veniale retardat ab ingressu gloriae: Ergo ejus remissio non fit sine gratia, quidquid enim conducit ad gloriam, nobis conceditur per Christum; nam ipse est causa totius nostrae praedestinationis, quae dicit certam feriem mediorum, quae sunt in ordine gratiae.

Dico secundo, semper ad remissionem venialium requiritur gratia habitualis antecedenter. Est etiam D. Thomae hic art. 4. ubi docet ei qui est in peccato mortali, nullum remitti veniale, quia ille caret gratia habituali, quae ad cujuscumque culpae remissionem praerquiratur. Ratio est, quia offensae non tollitur, nisi per satisfactionem factam personae laesae; Sed non potest esse satisfactio hominis ad Deum lesam per peccatum mortale aut veniale, sine gratia habituali: Ergo sine illa nulla offensae five mortalis five venialis tolli seu remitti potest. Major patet, Minor probatur. Omnis satisfactio hominis ad Deum debet esse amicitialis, & fundata in gratia, cum enim sit infinita distantia hominis ad Deum, nulla potest esse satisfactio hominis ad Deum, nisi ex acceptance divina: nullum autem opus peccatoris carens gratia sanctificante, est acceptum Deo, cum sit opus inimici: Ergo omnis satisfactio hominis ad Deum, debet supponere gratiam, & in ea fundari.

Confirmatur: Peccatum veniale dimittit fervorem caritatis, unde sine caritate fervore non remittitur: Sed caritatis fervor supponit in subiecto gratiam & caritatem: Ergo ad remissionem venialium gratia habitualis in subiecto antecedenter requiritur.

Dico tertio, gratia habitualis non requiritur formaliter ad remissionem venialium. Ita D. Thomas hic art. 2. ad 3. ubi sic dicitur: *Sicut in corpore contingit esse maculam dupliciter: uno modo per privationem ejus quod requiritur ad decorem, puta debiti coloris, aut debita proportionis membrorum; alio modo per induritionem alicujus impeditentis decorem, puta luti aut pulveris: ita etiam anima inducitur macula, uno modo per privationem decoris gratiae per peccatum mortale; alio modo per inclinationem affectus inordinatam ad aliquod temporale. Et hoc fit per peccatum veniale. Et ideo ad tollendam maculam peccati mortalis, requiritur infusio gratiae; sed ad tollendam maculam venialis peccati, requiritur aliquis actus procedens ex gratia per quam removeatur inordinata adhesio ad rem temporalem.* Quibus verbis Sanctus Doctor conclusionem nostram & docuit & probavit: id enim requiritur formaliter ad remissionem venialium, quod requiritur ut forma tollens maculam ex eo convenienter: Sed gratia habitualis non est forma tollens maculam peccati venialis, cum ea non consistat in privatione gratiae habitualis, sicut macula peccati mortalis, sed vel

- 20 Dices: Ex hoc sequeretur, quod peccatum veniale non posset tolli seu remitti nisi per actum caritatis, privatio enim non potest tolli nisi per formam oppositam. Sequeretur etiam non posse remitti unum veniale sine alio: si enim macula peccati venialis opponatur privative actuali fervori caritatis, non poterit sine fervore caritatis remitti: Sed caritatis fervor quodcumque peccatum veniale excludit: Ergo non poterit unum peccatum veniale remitti, nisi simul omnia deleantur.
- 21 Respondeo negando sequi duo illa inconvenientia. Non quidem primum, cum enim macula peccati venialis consistat in privatione aut diminutione illius fervoris & promptitudinis qua anima fertur in Deum, ei non solum opponitur actus caritatis, sed etiam actus religionis & aliarum virtutum, quo quis ita fertur in Deum vel res divinas, ut venialia displiceant, si memorie occurrerent: unde per illos actus (ut supra dicebamus) peccata venialia remitti possunt, quia actus illi sunt actus poenitentiae virtualiter, aut equivalenter, ut colligitur ex D. Thomae hic art. 1. ubi docet peccata venialia posse remitti per virtuales dispensentiam, *Sicut inquit cum aliquis hoc modo ferat secundum affectum in Deum, & res divinas, ut quicquid sibi occurreret quod eum ab hoc motu retardaret, displiceret ei, & doleret se hoc commississe.*
- 22 Secundum etiam inconveniens non sequitur ex nostra doctrina, cum enim fervor caritatis habeat quandam insursum, fieri potest ut aliquis fervor caritatis opponatur solum aliquibus peccatis venialibus, non tamen omnibus (quia non tantus est, ut formalem aut virtuales omnium dispensentiam includat) subindeque licet per illam caritatis fervorem aliqua peccata venialia remittantur, non tamen omnia.
- 23 Obijces quarto cum Darando contra secundam conclusionem: Peccatum veniale non tollitur nisi per suum oppositum: Sed poenitentia virtualis illi non opponitur: Ergo peccatum veniale non remittitur per poenitentiam virtuales, sed solum per dispensentiam & poenitentiam formalem: Major patet, Minor probatur. Tum quia actus fervidus caritatis potest esse cum peccato veniali: Tum etiam quia devotio ad res divinas, & mendaciam jocofum verbi gratia nullam habet oppositionem; mendaciam enim solum opponitur veritati, non vero devotio aut caritas. Praeterea quod devotio & caritas afferant gaudium, subindeque non important dolorem requisitum ad remissionem peccati.
- 24 Respondeo, concessio Majori negando Minorem, & ad primam ejus probationem dico, quod quamvis possit esse actus fervidus caritatis cum aliquo veniali, cujus non est virtualis poenitentia & retractatio, nequit tamen esse cum veniali, cujus est virtualis poenitentia aut retractatio. Ad secundam dicendum, quod licet caritas aut devotio non opponatur mendacioso jocofo, secundum ejus rationem specificam, (sic enim ei tantum opponitur veritas) opponitur tamen ei secundum rationem genericam peccati venialis; cum enim prompte tendat in Deum, opponitur retardationi tendentiae in illum, quam retardationem peccatum veniale secundum rationem genericam importat. Gaudium vero illud quod affert devotio est virtualis dispensentia peccati venialis, cum sit delectatio de ejus contrario.

§. III.

Tria corollaria ex praecedenti doctrina.

- 25 **E**X dictis colliges primo, hoc inter peccatum mortale & veniale reperiri discrimen, quod ad remissionem mortalis requiritur per se formalis poenitentia, licet per accidens sufficiat poenitentia virtualis; ad remissionem vero peccati venialis, per se tantum requiritur poenitentia virtualis, nec requiritur poenitentia formalis, nisi ad melius esse.
- 26 Colliges secundo aliud discrimen inter peccata mortalia & venialia; cum enim peccata mortalia non tollantur nisi per gratiam sanctificantem, quae cum quolibet peccato mortali incompatibilis est, repugnat unum peccatum mortale remitti sine alio, ut dispensatione praecedenti articulo 2. conclus. 4. docuimus. E contra vero, cum peccata venialia remittantur per caritatis fervorem, qui interdum tantus non est, ut omnia venialia excludat, ac virtuales eorum dispensentiam importet, unam vel plura peccata venialia possunt remitti sine aliis.
- 27 Colliges tertio, quod quandoquidem quis est affectus aliquo modo circa peccatum aliquod veniale, tale peccatum non potest remitti, saltem de via ordinaria: quia talis effectus excludit omnem poenitentiam tam formalem quam virtuales de illo, utpote ipsi contrarius: peccatum autem veniale non potest remitti sine poenitentia formali aut virtuali, ut in prima conclusione ostensum est.

In conversione aliqua inordinata ad bonum commutabile, retardante affectum voluntatis ne prompte in Deum feratur, vel in privatione fervoris caritatis, seu illius habitus quam habet caritas ut prompte feratur in Deum, sicut art. preced. s. 2. in solutione tertie objectionis declaravimus. Ergo gratia habitualis non requiritur formaliter ad remissionem peccati venialis.

36 Dico quarto, remissio venialium non semper habet adjunctam gratie habitualis infusionem, quae subinde ad remissionem venialium non requiritur concomitantem, sed solum antecedentem. Hanc etiam conclusionem docet et probat Divus Thomas hic art. 2. in corp. his verbis: Peccatum veniale non contrariatur habitui gratie vel caritati, sed retardat actum ejus, in quantum nimis inhaeret bono bono creato, licet non contra Deum; & ideo ad hoc quod peccatum veniale tollatur, non requiritur quod infundatur aliqua habitualis gratia, sed sufficit aliquis motus gratie vel caritatis ad ejus remissionem.

§. II.

Solvuntur objectiones.

37 Obijcies primo contra primam conclusionem: Omne contrarium tollitur per suum contrarium: Sed veniale est actus naturalis contra aliquam virtutem naturalem, verbi gratia mendaciam contra veritatem, excessus in cibo aut potu contra temperantiam: Ergo remitti potest per contrarium actum naturalem, subindeque ad ejus remissionem non requiritur auxilium divinae gratiae.

38 Confirmatur primo: Peccatum veniale non tollit ordinem ad ultimum finem, sed solum nimis inhaeret creaturae, sive naturali ordine, sed naturaliter & absque auxiliis gratiae potest tolli, tollere hanc nimiam adhesionem ad creaturam, per actum scilicet amoris Dei Creatoris super omnia (qui est actus mere naturalis, ac proinde possibilis naturaliter sine gratia) accedendo namque ad Deum receditur a creatura: Ergo naturaliter & absque auxilio divinae gratiae, potest quis obtinere remissionem venialium peccatorum.

39 Confirmatur secundo: In pura natura fuissent venialia: Sed in eo statu potuissent remitti per actum naturalem oppositum peccato: Ergo etiam in hoc statu.

40 Ad objectionem respondeo, veniale in statu elevatis naturae humanae ad ordinem supernaturalem, non solum esse contra aliquam virtutem naturalem, sed etiam opponi alicui perfectioni supernaturali, nimirum fervori caritatis, & familiaritati ejus cum Deo, subindeque tolli non potest nisi per aliquem caritatis fervorem, aut actum aliquem supernaturalem aliquo modo converentem hominem ad hanc familiaritatem veniali amissam.

41 Ad primam confirmationem dicendum quod licet peccatum veniale non tollat ordinem ad ultimum finem, sicut tamen deordinationem circa media ad talem finem, sicut autem elevatione creaturae intellectualis ad ordinem gratiae, sicut ultimus finis est supernaturalis, ita & media ad illum conducentia, supernaturalia sunt, & consequenter deordinatio circa talia media per peccatum veniale reductive supernaturalis est, unde non potest tolli nisi per actum supernaturalem ipsi contrarium, qui proinde ex auxilio aliquo supernaturali procedere debet. Deinde, quamvis daretur, quod hujusmodi deordinatio seu nimia adhesio ad creaturam, posset tolli per actum naturalem amoris Dei Creatoris super omnia, argumentum non urgetur; quia a talis actus, in statu naturae lapsae, elici nequit sine auxilio divinae gratiae, ut in Tractatu de gratia disp. 1. art. 4. ostendimus.

42 Ad secundam confirmationem concedo in pura natura fuisset venialia, sed diversae rationis a nostris, eo quod tunc non fuissent opposita fervori caritatis, & familiaritati cum Deo, sicut ea quae committuntur in statu elevationis naturae humanae ad ordinem supernaturalem; indeque remitti possunt per actum naturalem, cum aliquo tamen auxilio naturali debito naturae.

43 Obijcies secundo contra secundam conclusionem: Remissio venialium quae fit simul cum remissione mortali, non supponit gratiam habituales, quia haec non supponit ad remissionem mortalem: Ergo ad remissionem venialium non semper gratia habitualis antecedenter requiritur.

44 Respondeo, remissione venialium quae fit simul cum remissione mortali, non supponit quidem gratiam habituales, ordine durationis, eam tamen supponere ordine naturae; prius enim natura remittuntur mortalia, per restitutionem gratiae habitualis, quam venialia per restitutionem specialium auxiliorum, cum prius restituatur in amicitiam Dei, quam in ejus familiaritatem.

45 Obijcies tertio: Peccatum veniale remittitur in inferno: Sed in inferno non est gratia habitualis: Ergo illa ad remissionem venialium non semper requiritur. Minor patet, Major probatur, quia alias peccatum veniale puniretur poena aeterna, quod videtur nimis rigidum.

Respondeo negando Majorem, & ad ejus probationem, distinguo Antecedens: peccatum veniale puniretur poena aeterna, per se, quasi illa debita veniali secundum se, nego. Per accidens, ex eo quod subiectum non est peccatum Deo, nec proinde capax illi satisfactionis pro peccato sive mortali sive veniali, concedo.

Dices, Deus non punit ultra condignum, etiam per accidens: Sed si puniret veniale in inferno poena aeterna, illud puniret ultra condignum, cum peccato veniali non debeat poena aeterna: Ergo veniale, etiam per accidens, non punitur a Deo poena aeterna.

Respondeo negando sequelam Minoris, & ad probationem ei subjunctam, dico quod licet peccato veniali ex propria ratione formali, seu ex malitia sibi propria, non debeat poena aeterna; ex conditione tamen subiecti, non habentis gratiam ad remissionem culpe venialis necessariam, per accidens poena aeterna illi debetur. De quo plura diximus in Tractatu de peccatis disp. 8. art. 7. ad quem locum Lectorem remittimus.

Obijcies quarto contra tertiam conclusionem: Gratia habitualis est forma incompossibilis cum peccato veniali: Ergo requiritur formaliter ad venialium remissionem. Consequentia patet ex supra dictis, Antecedens probatur. Gratia habitualis est participatio naturae divinae: Ergo ex sua natura pugnat cum quocumque peccato, sive mortali, sive veniali, sicut ipsa natura divina, cujus est participatio.

Confirmatur: Gratia habitualis in patria expellit formaliter omne veniale: Ergo id etiam praestat in via, cum sit eadem in utroque statu.

Ad objectionem respondeo, negando Antecedens, ad ejus probationem, concedo Antecedente, nego Consequentiam: nam licet gratia habitualis, sit participatio naturae divinae, est tamen participatio accidentaliter, diminuta, & imperfecta, infinite distans a sanctitate increata divinae naturae, cum qua pugnat peccatum veniale.

Ad confirmationem, nego Antecedens, non enim gratia habitualis, sed visio Dei, & amor beatificus, expellunt peccatum veniale in patria; visio quidem radicaliter, amor vero beatificus formaliter.

Obijcies ultimo contra ultimam conclusionem: Actus caritatis & contritionis, quibus peccatum veniale remittitur, merentur augmentum gratiae habitualis: Ergo remissio venialium, illius infusionem semper habet adjunctam.

Respondeo, concedo Antecedente, negando Consequentiam; licet enim actus caritatis & contritionis quibus peccatum veniale remittitur, mereatur augmentum gratiae habitualis, non tamen semper sit infusus gratiae, quando peccatum veniale per illos actus remittitur; quia augmentum gratiae & caritatis non statim confertur, nisi quando ponatur actus habitu intensiores; quando vero ponatur actus minus intensi, quibus remittitur peccatum veniale, tunc gratia non augetur in esse habitus, sed solum in esse gratiae; quia nimirum tunc subiectum acceptatur ad majorem gratiam, quando productur actus intensior, vel in fine vitae, confestim, ut fuit explicuimus in Tractatu de virtutibus Theologicis disp. ultima art. 8.

Adverte autem, quod licet in remissione peccatorum venialium, non fiat semper infusus gratiae, nunquam tamen gratia infunditur, nisi fiat remissio aliorum venialium, ut docet D. Thomas hic art. 2. in corp. his verbis: Ad hoc quod peccatum veniale tollatur, non requiritur quod infundatur aliqua habitualis gratia, sed sufficit aliquis motus gratiae & caritatis ad ejus remissionem. Quia tamen in habitibus usum liberi arbitrii, in quibus solis possunt esse venialia peccata, non contingit esse infusionem gratiae, sine actuali motu liberi arbitrii in Deum & in peccatum: ideo quocumque de novo gratia infunditur, peccata venialia remittuntur. Quod intelligi debet per se, & quantum est ex parte causae remittentis; interdum enim per accidens, ob impedimentum se tenens ex parte subiecti, contingere potest, quod gratia alicui infundatur, & tamen ei non remittantur peccata venialia, ut cum aliquis mente distractus, aut cum affectu ad peccatum veniale, accedit ad aliquod sacramentum, tunc enim ipsi quidem infunditur gratia habitualis, vel ejus augmentum; sed non remittuntur peccata venialia, quia tali remissioni ponit impedimentum: sicut licet verum sit dicere, quod in omnibus sacramentis datur gratia, tamen est aliquo impedimento, & per accidens, potest contingere, quod non datur, ut constat in sacramento penitentiae infirmi.

ARTICULUS III.

An, & quomodo peccata venialia remittantur per sacramenta, & sacramentalia?

§. I.

Quibusdam praemissa, triplici conclusione utraque difficultas resolvitur.

54 Certum est, sacramentum penitentiae habere vim remittendi peccata venialia, ex opere operato. Tam quia non solum peccata mortalia, sed etiam venialia, sive hujus sacramenti materia, ut dicens infra, cum agemus de confessione; Tum etiam, quia rationi consentaneum non est, existimare sacramentum penitentiae posse quidem delere peccata mortalia post baptismum commissam, sed non venialia, quae sunt minoris momenti, & facilius remitti possunt. Unde solum difficultas est, an verius haec remittendi peccata venialia competat etiam aliis sacramentis & quibusdam rebus & actionibus facris, quae a Theologis sacramentalia appellantur, & praecipue sunt sex, hoc versu expressa.

Orans, iudicis, edens, confessus, datus, benedicens.

Orans, id est oratio Dominica, in qua petimus culpas quotidianas, seu veniales, quas quotidie committimus, nobis dimitti: Vel oratio in Ecclesia consecrata: 3. Regum 4. Qui oraverit in loco isto, dimittite peccata populi. Tinctus, supplet aqua benedicta, cuius meminit Clemens lib. 7. Constitutionum Apostolicarum cap. 47. & Alexander I. relictus in cap. Aquam sale, de consecrat. dist. 3. ejusque decem eximios effectus recenset Henriques lib. 4. de sacramentis cap. 15. Edens, id est panis benedictus, qui in locum Eucharistiae dabatur Catechumenis, vel etiam fidelibus non communicantibus. Confessus, id est confessio generalis, quae fit in Prima, Completorio, & in principio Missae, ad quam refertur tunso pectoris, quae internum animi dolorem declarat, & de qua dicit Augustinus lib. de penit. cap. 1. Pro levibus peccatis peccata nostra tuncimus; & dicitur, dimittite nobis debita nostra. Additur Dans, supple Eleemosynam, quae peculiarem vim habet ad obtinendam a Deo misericordiam & remissionem peccatorum. Benedicens, id est Episcopi vel Abbatis consecrati benedictio. Quibus aliqui addunt unctionem sacram, quae Sacerdotes, & Reges unguuntur. His praemissis, pro resolutione difficultatis proponit.

Dico primo omnia sacramenta novae legis habent vim remittendi peccata venialia ex opere operato; id tamen specialiter aliquibus sacramentis competit, nimirum Baptismo, Confirmationi, Eucharistiae, & Extreme Unctioni.

55 Prima pars est D. Thomae hic art. 3. in corp. ubi sic ait: Per omnia sacramenta novae legis, in quibus confertur gratia, peccata venialia remittuntur: utique ex opere operato, quia cum causent gratiam ex opere operato, & ad infusionem gratiae sequatur (ibidem ait S. Doctor) remissio venialium, hanc etiam ex opere operato causant.

Ratio etiam id suadet: nam omnia sacramenta novae legis habent virtutem remittendi ex opere operato peccata omnia mortalia, quaedam ex vi primaria institutionis Christi instituentis, & haec dicuntur sacramenta mortuum, alia vero ex vi secundaria institutionis ejusdem Christi, & haec appellantur sacramenta vivorum, ut in Tractatu de sacramentis in communi disp. 3. fuisse ostendimus. Ergo cum peccata venialia facilius remittantur, sacramenta novae legis remittunt peccata venialia ex opere operato, eaque maxime, quae specialiter cuiusque fini magis opponuntur, ut matrimonium, ea quae repugnant specialiter castitati & statui conjugali: Ordo quoque religioni & statui clericali: Confirmatio, quae fides: Eucharistia, quae caritati & unioni cum Deo & cum proximo.

Confirmatur: Omnia sacramenta, ut instrumenta passionis Christi sunt instituta ad sanctificandas animas, eaque perfecte disponendas ad gloriae consecutionem; Ergo & ad tollenda omnia impedimenta, quae aliquo modo possunt a gloriae consecutione impedire. Cum igitur venialia retardent nos a consecutione gloriae, debent per sacramenta rite suscepta remitti.

56 Secunda pars conclusionis probatur discurrendo sigillatim per hujusmodi sacramenta. In primis de Baptismo id manifestum est, cum enim fit quaedam spiritualis regeneratio, gratia qua in eo datur est regenerativa, subindeque omnino transformat hominem, & delet omnem maculam vitae praeteritae quaecumque illa sit, ut definit Tridentinum sess. 5. can. ubi ait Baptismus tollere in eo quem regenerat, quicquid verum habet & proprium peccati rationem. Et Florentinum in decreto unionis dicit effectum hujus sacramenti esse remissionem omnis

culpa, tam actualis quam originalis: sub culpa autem actuali continetur peccatum veniale. Idem patet de Confirmatione: cum proprius ejus effectus sit robur animae, & incrementum vitae spiritualis, debet ex opere operato remittere peccata venialia, quae perfectioni & incremento vitae spiritualis opponuntur. De Eucharistia vero probatur: De Eucharistia pro modum cibi & nutrimenti spiritualis; unde propria virtute restaurat quod deperdit per calorem concupiscentiae, eaque sunt peccata venialia. Tum etiam, quia proprias hujus sacramenti effectus est excitare fervorem caritatis, quo peccata venialia remittuntur. Unde Tridentinum sess. 13. cap. 2. affirmat illud esse antidotum, quo liberemur a culpis quotidianis, id est a venialibus, & a mortalibus praeservemur. Demum de Extreme Unctione facile suadet, tam ex forma ipsius, in qua sic dicitur: Dimittite sibi Deus quicquid peccati per visum & quae verba praecipue de peccatis venialibus intelligenda esse, suo loco dicemus. Tum etiam quia cum hoc sacramentum institutum sit ad perfecte disponendum hominem ad gloriae ingressum & consecutionem, debet, ex vi sua & institutione, tollere peccata venialia quae ab introitu ad gloriam, & ab ejus consecutione retardant.

Dico secundo: non solum sacramenta, sed etiam nonnulla sacramentalia, remittere peccata venialia ex opere operato. Ita communiter docent Thomistae, contra Recentiores.

57 Probatur primo: nonnulla sacramentalia dicuntur ex benedictione Ecclesiae sanctificare & mundare nos, non quidem a peccatis mortalibus (sic enim deberent gratiam infundere) sed a venialibus, quia non datur alia sanctificatio atque mundatio, nisi a peccatis mortalibus, vel venialibus; non datur enim in lege Evangelicae sanctificatio seu purificatio a legalibus immunditiis, cum legalia illa jam cessaverint: Sed haec melius & convenientius explicatur, si dicatur illa sacramentalia remittere peccata venialia ex opere operato: Ergo ita sentiendum est: Major est expressa in jure in cap. Aquam sale, de consecrat. dist. 3. ubi Alexander I. qui fuit quintus post D. Petrum, Pontifex sic ait: Aquam sale conspergam in populo benedicimus, ut ea caeteri aspersi sanctificentur, quod omnibus Sacerdotibus faciendum esse mandamus. Si enim tunc virtute aspersus sanctificatus atque mundatur, multo magis aqua sale conspersus divini quoque precibus sacra, populum sanctificat atque mundat. Ergo sale asperso per Eliseum Prophetae sterilitas aqua sanata est, quanto magis divinis precibus sacra, sterilitatem rerum asserit humanarum, & coinguitate sanctificat & purgat; & hoc est multipliciter, & infusus dicitur orans, & a pharisaicis versutis homines defendit. Minor vero suadet: Ideo Theologi colligunt ex doctrina Patrum, sacramenta novae legis causare gratiam ex opere operato, quia dicitur Patres ab absolute & simpliciter quod sanctificant & purificant animas: Ergo simpliciter quando Patres dicunt sacramentalia nos sanctificare & mundare a peccatis venialibus, id melius & convenientius intelligitur & explicatur de remissione venialium ex opere operato, quam solum ex opere operantis.

Probatur secundo: Sacramenta legis novae per hoc differunt a sacramentis legis antiquae, quod ista solum ex opere operantis, illa vero etiam ex opere operato remittunt peccata mortalia: Ergo similiter differentia inter sacramentalia legis Moisaicae, & sacramentalia legis Christi, in eo consistit, quod ista ex opere operato, illa vero ex opere solum operantis essent remissiva venialium. Adde, hoc maxime pertinere ad Christi magnificentiam, quod potestatem Ecclesiae suae tradiderit instituenti signa aliqua sensibilia & caeremonias, in quarum usu ex opere operato remitterentur hominibus peccata venialia; idque effectum & devotionem magis erga caeremonias illas Ecclesiae excitare.

58 Dixi autem, Nonnulla sacramentalia remittere peccata venialia ex opere operato; quia inter sacramentalia, quaedam sunt quae remittunt peccata venialia solum ex opere operantis, quatenus ipsa in se aliquid bonum motum includunt, vel fervorem caritatis intrinsicae saltem & obiectivae excitant, ut docet S. Thom. q. de malo art. 12. his verbis: Voluntas ad quam pertinet fervor seu actus caritatis, tripliciter ad aliquid inclinatur; aliquando quidem ex sola ratione aliquid demonstrante; aliquando ex ratione sicut & aliquid interiori insinuat; aliquando autem ex inclinatione habitus inherentes; & illa causant caritatis fervorem, atque adeo remissionem peccati venialis, secundum tria praedicta, ut sacramenta novae legis, quia ea ratio considerat, ut salutaris medicina; & divina virtus in eis secretis operatur salutem; & per ea confertur habitualis gratia donum. Quaedam vero sunt, quae causant remissionem venialium peccati secundum duo praedicta: non enim causant gratiam, sed excitant rationem ad aliquid considerandum, quod excitat caritatis fervorem; & etiam pie creditur quod virtus divina

Quia interior spiratur, excitando dilectionis fervorem; & hoc modo aqua benedicta, benedictio Pontificali, & hujusmodi sacramentalia causant remissionem peccati venialis. Quodam vero sunt, que causant remissionem venialis, solum excitando caritatis fervorem, per modum considerationis, sicut oratio Dominica, iussio peccatis, & alia hujusmodi.

69 Inque in his sacramentalibus distinguimus ea que specialiter consecrationem & benedictionem Ecclesie habent ad sanctificationem nostram ut aqua benedicta, benedictio Episcopalis, & similia; & alia que talem consecrationem non habent, sed ipsa de se motum aliquem bonum, & fervorem caritatis includunt, ut oratio Dominica, que petit remissionem peccatorum, pia & devota lectio peccatoris, confessio generalis, &c. De prioribus docet S. Thomas, quod non solum remittunt venialia excitando rationem ad considerandum aliquid quod excitet caritatis fervorem, in quo maxime consistit id quod fit ex opere operantis, sed etiam, quia pie creditur virtutem divinam interiori id operari; quod utique ad virtutem ex opere operato pertinet: eisdem enim verbis idem S. Doctor in hac parte q. 62. art. 1. explicat modum quo sacramenta nove legis causant gratiam, & remittunt peccata ex opere operato, scilicet quia virtus divina in eis secretis operatur.

Dico tertio, nec sacramenta, nec sacramentalia, remittere peccata venialia ex opere operato immediate, sed mediate tantum, quatenus scilicet ex meritis Christi, vel ex orationibus Ecclesie, a Deo obtinent digne ea recipientibus, auxilia quedam supernaturalia ad eliciendos actus supernaturales, quibus formaliter aut virtualiter peccata venialia displicent, & retractantur.

70 Probatur primo ex D. Thoma hic art. 3. in corp. ubi sacramentalia dicit valere ad remissionem venialium, in quantum sunt cum motu desolationis peccatorum, vel cum motu reverentie erga Deum, aut res divinas, supple, qui fit virtualiter displicentia de peccato. Et in resp. ad 1. ait, ea causasse remissionem peccatorum venialium, in quantum inclinant animam ad novum poenitentiam, qui est desectatio peccatorum, vel implicite, vel explicite. Item in resp. ad 3. asserit: per illa tolli peccata venialia quantum ad culpam, virtute caritatis, cuius motu per ea excitantur. Denique de sacramentis docet in 4. sent. dist. 16. quest. 2. art. 2. quodlibet 3. omnia sacramenta remittere venialia, quia nata sunt excitare fervorem caritatis, quo venialia remittuntur. Specialiter id affirmat de Eucharistia in hac parte q. 79. art. 4. Ergo censet sacramenta & sacramentalia non remittere peccata venialia immediate, sed mediate tantum, quatenus scilicet ex meritis Christi, in actuali & devota eorum susceptione conferuntur a Deo auxilia supernaturalia, ad eliciendos actus supernaturales, quibus formaliter aut virtualiter peccata venialia displicent & retractantur.

61 Ratio etiam id suadet, cum enim venialia opponantur fervori caritatis, & ejus privationem causent, nullaque privato possit tolli, nisi per positionem forme opposite, sacramenta, vel sacramentalia, non possunt aliter remittere peccata venialia, quam obtinendo ex meritis Christi, vel ex orationibus Ecclesie, auxilia supernaturalia, quibus homo applicatur a Deo ad eliciendos actus ferventes caritatis vel poenitentiae, per quos talia peccata formaliter aut virtualiter retractantur. Ex quo patet differentia inter peccata mortalia & venialia, & ratio cur per sacramenta peccata mortalia remittantur ex opere operato immediate, non autem venialia; quia nimirum sacramenta causant immediate gratiam habitabilem, cui macula mortalis privative opponitur; non autem actualem caritatis fervorem, cui opponitur peccatum veniale.

§. II.

Solvuntur objectiones.

62 Obijcies primo contra primam conclusionem: Qui constituitur aliquod peccatum veniale, & alia ex intentione taset, etiam nullam complacentiam habeat ad ea, remissionem ipsorum non assequitur: alias enim non impertirentur illi confiteri, quandoquidem per hoc precise quod peccator unum ex eis confiteretur, remissionem aliorum etiam obtineret: Ergo per alia sacramenta, ulla peccata venialia ex opere operato remittuntur: cum enim in aliis sacramentis nulla fiat confessio peccatorum venialium, ita se habent respectu eorum omnium, sicut sacramentum poenitentiae se habet ad illa que poenitens non confiteretur.

63 Respondet Nugno, negando suppositum Antecedentis, nimirum quod ille qui confitetur aliquod peccatum veniale, & alia ex intentione retinet, non retineat eo ipso affectum ad illa; cum enim proprius modus hujus sacramenti sit remittere peccata, media confessione, non velle illa confiteri, est (inquit) habere virtutem

quamdam complacentiam in illis. Hec solutio probabilitate non caret.

Respondet tamen secundo, dato Antecedente, negando Consequentiam & pariter: Confessio enim peccatorum, sive mortalium, sive venialium, est pars sacramenti poenitentiae, non vero aliorum sacramentorum: unde licet in sacramento poenitentiae non remittantur peccata venialia, que voluntarie & ex intentione recitentur, in aliis tamen sacramentis obtinetur eorum remissio, licet nulla fiat in receptione talium sacramentorum mentio de illis peccatis.

Obijcies secundo: Si quid suaderet, quod sacramenta remittunt peccata venialia ex opere operato, maxime quia causant infusionem gratie ex opere operato, que est ratio D. Thome hic art. 3. Sed hac ratio nulla est, quia peccata venialia non sunt impossibilia cum gratia, cum reperiantur in sanctis & iustis; unde sicut non excludunt gratiam dum committuntur, sic nec excluduntur a gratia, dum infunduntur: Ergo sacramenta non remittunt peccata venialia ex opere operato.

Confirmatur: Ut sacramenta remitterent venialia ex opere operato, necesse esset quod causarent aliquid impossibile cum hujusmodi peccatis: Sed nequit assignari quidam sit illud impossibile; non enim est intentio gratie & caritatis, quandoquidem cum gratia & caritate quantumcumque intensa, est impossibile peccatum veniale, & affectus ad ipsum; neque aliud videtur assignabile: Ergo sacramenta remittere nequeunt peccata venialia ex opere operato.

Ad objectionem respondet concessa Majori, negando Minoram, nam ratio D. Thome est optima, bene intellecta. Verum quidem est, quod peccata venialia non opponantur perfecto gratie habituali vel caritati, opponuntur tamen ejus fervori, qui excitatur per infusionem gratie, in devota susceptione sacramentorum: & hoc sufficit ad hoc ut sacramenta remittant ex opere operato peccata venialia. Licet ergo peccata venialia non excludant gratiam quam inveniunt in subiecto, excluduntur tamen a gratia que in devota susceptione sacramentorum infunditur, ratione fervoris caritatis, qui in illa excitari solet. Unde D. Thomas hic art. 2. sic ait: Quia in habentibus usum liberi arbitrii, in quibus solis possunt esse venialia peccata, non contingit esse infusionem gratie sine actuali motu liberi arbitrii in Deum & in peccatum; ideo quandoquidem de novo gratia infunditur, peccata venialia remittuntur.

Ex his patet responsio ad confirmationem, dicendum enim est, illud impossibile cum peccatis venialibus, quod sacramenta devote suscepta causant instrumentaliter & ex opere operato, esse auxilium efficax ad actum ferventem poenitentiae vel caritatis, quo talia peccata formaliter aut virtualiter desolantur & retractantur: ut in tertia conclusione declaravimus.

Obijcies tertio: Si sacramenta cum attritione de venialibus suscepta, talia peccata ex opere operato remitterent, vel omnia, vel alia tantum delerent; Non omnia, quia sacramentum matrimonium, v.g. non habet contrarietatem cum omnibus. Neque aliqua dumtaxat, quia fieri potest quod attritio cum qua aliquis ad sacramentum accedit, non fit potius de uno, quam de alio, sed de omnibus: Ergo sacramenta cum attritione de venialibus suscepta, ea non remittunt ex opere operato.

Respondet Nugno, sacramenta cum attritione de venialibus suscepta, ea dumtaxat remittere, que specialiter cuiusque fini opponuntur: v.g. sacramentum Eucharistie venialia tantum, que charitati; matrimonium, que castitati conjugali contrariantur &c. Melius tamen responderetur, quod licet sacramenta nove legis ea precise remittant ex opere operato peccata venialia, que specialiter cuiusque fini opponuntur, ut prima conclusione declaravimus; nihilominus, quodlibet sacramentum cum attritione de omnibus peccatis venialibus susceptum, remittit omnia venialia, in quantum scilicet excitat ex opere operato, atque adeo efficaciter, ad actum charitatis ita fervidum, ut repugnet cum eo omne quod potest ipsum retardare; atque adeo cum omni peccato veniali. Dixi autem, cum attritione de omnibus venialibus susceptum, quia si attritio fit tantum de aliquibus, illa dumtaxat remittit, non vero alia.

Obijcies quarto contra secundam conclusionem: Si sacramenta remitterent venialia ex opere operato, Ecclesia habens potestatem instituenti sacramentalia, possit eo ipso instituire signa sensibilia ex opere operato peccatorum venialium destructiva: Sed hoc admitti nequit, tum quia Ecclesia non potest virtutem rebus tribuere ad ejusmodi peccatorum remissionem; tum etiam, quia in re gravi (inquit Suarez) non est affirmandum nisi quod constat ex Scriptura, vel traditione, vel usua Ecclesie, vel saltem urgenti ratione: nihil autem horum reperitur in proposito; non quidem auctoritas Scripturae, siquidem ex ea solum habentur illa verba Joann. 20. Quorum remiseritis, &c. Et ista Matth. 16. Quaecumque

solueritis super terram, &c. priora autem sufficienter intelliguntur de potestate remittendi peccata per sacramentum poenitentiae; posteriora vero de potestate remittendi penas per indulgentias, nec non ligandi & solvendi per censuras Ecclesiasticas. Neque traditio vel usus Ecclesie (ex quo solum colligitur Ecclesiam instituisse sacramentalia in remissionem venialium) fuerunt illam remissionem fieri ex opere operato, quandoquidem ex illis nihil de modo isto causalitatis indicator. Neque urgens aliqua ratio aut necessitas; Christus enim instituit sacramenta, que ex opere operato remittunt venialia: Ergo sacramentalia non remittunt venialia ex opere operato.

Respondet concessa Majori, negando Minorem, & ad primam illius probationem dico quod licet Ecclesia non possit tribuere rebus virtutem ad causandum remissionem peccatorum, habet tamen potestatem designandi, determinandi, & consecrandi aliquas res, quibus sic determinatis & consecratis, Christus qui eas elevat, virtutem tribuat peccatorum venialium ex opere operato remissionem. Idque probabilitur colligitur ex Scriptura & traditione: ex Scriptura quidem, quia Doctores nostrae sententiae adherentes explicant verba illa Christi, Quorum remiseritis peccata &c. etiam de remissione venialium modis sacramentalibus. Ex traditione vero, quia in decretis Pontificum dicitur simpliciter quod sacramentalia sanctificant & purificant, ut patet ex verbis Alexandri primi in secunda conclusione relatis: verba autem purificare & sanctificare, applicata rebus corporeis in nova lege, abique restrictione vel modificatione, intelliguntur de purificatione & sanctificatione facta ab illis rebus ex opere operato. Per quod patet ad secundam probationem Minoris.

Obijcies quinto: Sacramentalia non remittunt ex opere operato peccata venialia quoad penam: Ergo neque quoad culpam. Consequentia videtur manifesta, si enim non remittant quoad id quod minus est in peccato, scilicet penam, a fortiori non remittunt quoad id quod majus est, scilicet culpam.

Respondet negando Antecedens, nam ut ait S. Thomas hic art. 3. ad 3. Licet per quodlibet sacramentum (sacramentalium) non semper tollatur totus status poenae; quia si quis esse omnino poenitentis a peccato mortali, asperus aqua benedicta, statim epuletur, supple, in calum. Tamen status poenae remittitur per praedicta, secundum modum fervoris in Deum, qui per praedicta excitatur, quandoque magis, quandoque autem minus.

Obijcies sexto: Cum sacramentalia ex aequo se habeant ad omnia venialia, siquidem non magis unum quam alterum, quantum est de se respiciunt, si ex opere operato causarent eorum remissionem, omnia prorsus remitterent; & sic illi qui sunt absque peccato mortali, aspersi aqua benedicta, dicere possent, Peccatum non habemus, quod est contra id quod habetur 1. Joann. 1. immo si tunc morentur, statim evolvant in calum: Sed hac videtur absurda: Ergo &c.

Respondet negando sequelam Majoris, nam ut ait Divus Thomas q. 7. de Malo art. 12. ad 4. Quamvis sacramentalia aequaliter se habeant ad omnia peccata venialia, tamen fervor ab eis excitatur, non aequaliter semper se habet ad omnia, sed quandoque respicit aliqua in speciali, & contra ea efficacius operatur. Et si in generali respiciat ea, potest contingere quod non habeat eundem effectum in omnibus, eo quod effectus hominis aliquando habitualiter est inclinatus ad aliqua peccata venialia committenda, ita scilicet quod si in memoria haberentur, non displicerent, vel forte si opportunitas adesset, committerentur. Et raro contingit homines in hac mortali vita vivere, ab hujusmodi affectibus liberos esse. Est etiam homo ad horam per hujusmodi remedia ab omnibus venialibus immunitatem consequatur quantum ad culpam, non tamen sequitur quod sit liberatus quantum ad totam penam, nisi forte sit tantus fervor dilectionis, quod sufficiat ad totius poenae remissionem.

Ad id quod argumentum illud esset quidem efficax, si diceremus sacramentalia remittere ex opere operato aliqua venialia, absque attritione de illis, sed cum hoc non dicamus, facile responderetur, quod omnia venialia remittuntur, quando attritio est de omnibus, aliqua vero dumtaxat, & non alia, quando atteritur iustus de aliquibus, & non de aliis; nulla autem, defectu sufficientis dispositionis, quando suscipiens sacramentalia aliquid, de nullis atteritur. Unde S. Thomas hic art. 2. ad 2. Omnia ista (scilicet sacramentalia) quantum est de se, operantur ad remissionem omnium peccatorum venialium. Potest tamen impedi remissio quantum ad aliqua peccata venialia, quibus motu actualiter inhaeret, sicut & per sitionem inseram impeditur effectus baptismi.

Obijcies ultimo contra tertiam conclusionem: Si sacramenta & sacramentalia, mediate solum peccata venialia remitterent, excitando scilicet fervorem caritatis, nulla esset differentia inter illa & sacras imagines, cum illa etiam excitent in nobis plus motus & affectus, nec

non caritatis fervorem: Sed hoc dici nequit: Ergo nec illud.

Respondet negando sequelam Majoris, & ad ejus probationem dico, aliter sacramenta, vel sacramentalia, & aliter imagines sacras excitare in nobis fervorem caritatis: imagines enim sacras illam excitant solum objective; sacramentalia vero, & sacramenta impetrative; quatenus ex meritis Christi, vel precibus Ecclesie, impetrant a Deo auxilia supernaturalia, quibus homo in actus ferventes caritatis prorumpit, ut conclus. 3. declaravimus.

ARTICULUS IV.

An, & quomodo, remittantur iustis post hanc vitam peccata venialia.

Hugo Victorinus, & nonnulli alii apud Sanctum Bonaventuram in 4. dist. 21. q. 2. exit marunt fieri non posse, quod aliquis decedat cum solis peccatis venialibus, subindeque quod venialia post hanc vitam quoad culpam remittantur. Vel enim (inquirent) antequam moriatur, agit quod potest ad illorum expiationem, vel non? Si primum, ea peccata tolluntur, saltem quoad culpam, ante mortem. Si secundum, grave peccatum eo ipso committit; siquidem cum videat peccata venialibus suam beatitudinem retardari, & tamen ea impedimenta tollere negligat, suam salutem contemnit.

Verum haec sententia ab aliis Theologis communiter rejectitur. Primo, quia SS. Patres relati a S. Thoma q. 7. de malo art. 11. in argumento sed contra, docent peccata venialia post hanc vitam remitti quoad culpam: Gregorius enim 4. Dialog. c. 36. expendens verba illa Christi Matth. 12. Qui peccavit in Spiritum Sanctum, non remittetur ei neque in hoc saeculo neque in futuro, sic ait: In hac sententia datur intelligi quassam culpam in hoc saeculo, quassam vero in futuro posse taxari. Augustinus etiam dicit quod illud transitorio igne, non capitalia, sed minuta peccata purgantur: quod debet intelligi de purgatione venialium, non solum quoad poenam, sed etiam quoad culpam, cum peccata capitalia seu mortalia, in hac vita quoad culpam remissa, possint quoad poenam igne purgatorii expiari. Item Glossa in illud Matth. 3. Ipse vos baptizabit in Spiritu Sancto & igne, sic habet: Spiritus in presenti abluit, post, si qua macula surrexerit, igne purgatorio ad purum exurit.

Secundo, potest quis ignorans bona fide se habere venialia, aut existimare inculpabiliter se de illis sufficienter conteri, quamvis non ita sit: potest etiam preveniri phrenesi, aut morte repentina, ita ut non habeat tempus cogitandi & dolendi sufficienter de venialibus: Ergo cum venialia non excludant in perpetuum a regno caelesti, in quod nihil conquinatum intrare potest, dicendum est, illa post hanc vitam remitti, non solum quoad poenam, sed etiam quoad culpam.

Tertio, gratis omnino dicitur, illum contemnere suam salutem, qui ante mortem negligit elicere actus poenitentiae, quibus peccata venialia prorsus commissa remittantur: sicut enim venialia non sunt materia necessaria confessionis sacramentalis, ita nec virtutis poenitentiae, & consequenter nulla est necessitas precepti ad poenitentiam de ipsis, nec proinde omnino retractationis eorum, erit contemptus salutis. Alioquin pari facilitate dici posset, eum contemnere salutem suam, & mortaliter peccare, qui non satisfacit pro poena peccatorum in hac vita (cum per hujus poenae obligationem & reatum, beatitudo retardetur) ac proinde non esse purgatorium; quod haereticum est.

In hoc omnes fere Theologi conveniunt, sed in explicando modo quo peccata venialia post hanc vitam remittuntur, inter se discrepant. Alensis enim 4. parte q. 57. membro 8. docet illam remissionem fieri, non per aliquem actum ipsius animae separatae, sed per solum finalem gratiam habitabilem; quae licet tunc non sit summa secundum intentionem, bene tamen secundum statum, cum sit in termino: ex vi enim termini (inquit) redditur potentior quam antea, proindeque potest omnem culpam venialem ab anima excludere.

Sed hic modus dicendi probabilitate caret, & ex eo impugnatur, quod gratia nondum consummata per visionem beatificam (qualis est ea cum qua homo decedit, in primo instanti separationis animae) non sit impossibilis aut pugnant cum peccato veniali, alias enim etiam in presenti vita illud secum non admitteret; quandoquidem hoc quod est esse in primo instanti separationis animae, sive esse gratiam finalem hujus vitae, nihil ipsi extra statum beatitudinis addit, nisi conjunctionem cum morte, quod certe non est remedium contra peccatum veniale: non fit ergo illa remissio per habitum gratiae, sed per aliquem ejus actum.

Non minus a veritate aliena est sententia Scoti in 4. dist. 21. q. 1. Majoris & Gabrielis ibidem, existimantium

etiam peccata venialia cum quibus moritur iustus, remitti quoad culpam, vel duntaxat in purgatorio, per conditionem poenae solutionem, vel in primo instanti separationis animae, propter opera bona praeterita, ex intentione quasi ad hoc reservata usque ad illud tempus. Non minus, inquam, haec opinio a veritate aberrat, nam prima pars huius dicti falsum supponit, quod nimirum ex peccato veniali actuali praeterito, solum remaneat deputatio hominis ad poenam, & consequenter quod idem sit, peccatum veniale remitti quoad culpam, & quoad remissionem poenae, falsum, inquam, supponit: ex peccato enim veniali actuali, praeter deputacionem ad poenam, remanet quaedam habitualis macula & inordinatio in anima, quae prius tolli debet, quam poena illi debita remittatur, ut supra art. 1. §. 2. in solutione 4. objectionis ostensum est.

85 Nec minus falsa est secunda pars eiusdem dicti: vel enim opera illa meritoria praecedentia instantis mortis, sufficiebant in praesenti vita ad remissionem venialium, vel non; si sufficiebant, ergo ante mortem illa remiserunt: si non sufficiebant, ergo neque etiam in instanti separationis animae sufficiunt.

86 Ad hoc quod fieri potest, ut quis paulo post suam iustificacionem per Sacramentum Baptismi, moriatur in peccato veniali, nullo adhuc opere meritorio facto: Ergo falsum est dicere generatim, venialia deleri post mortem per opera meritoria praecedentia. His ergo sententiis rejectis

Dicendum est, remissionem venialium post hanc vitam fieri per actus contritionis, vel caritatis, quibus anima peccata illa detestatur & retractat. Ita S. Thomas q. 7. de malo art. 11. in corp. ubi sic ait: Venialia remittuntur post hanc vitam quantum ad culpam, eo modo qua remittuntur in hac vita, scilicet per actum caritatis in Deum repugnanciam venialibus in hac vita commissis. Et in resp. ad 9. Remittitur (inquit) in purgatorio peccatum veniale, quantum ad culpam, virtute gratiae, non solum secundum quod est in habitu, quia sic comparatur veniale peccatum, sed prout est in actu caritatis desiderantis veniale peccatum.

87 Ratio etiam id suadet, non potest enim veniale remitti, etiam in alia vita, nisi per aliquam formam ipsi oppositam, & cum eo repugnantem, quae alia esse nequit, quam actus contritionis vel caritatis, quibus anima peccata illa detestatur & retractat, ut ex supra dictis manifestum relinquitur: praeterquam quod, generales assertiones Scripturae, Conciliorum, & Patrum, affirmantium peccata non remitti sine aliquo actu poenitentiae, temere & sine sufficienti ratione restringenda & limitanda non sunt: nulla autem ratio urgens aut sufficiens ab adversariis adducitur, ut patebisolvendo objectiones ipsorum.

88 Obijciunt ergo primo: Cum status alterius vitae, non sit status vitae, sed termini, nullus actus hominis iusti post hanc vitam potest esse meritorius vel satisfactorius, vel consequenter causare remissionem culpae venialis.

89 Sed ad hoc dici potest primo, quod licet post hanc vitam non possit esse meritum praemii essentialis, bene tamen alicuius praemii accidentalis, quamdiu manet adhuc anima aliquo modo in via ad beatitudinem, sicut manet quamdiu est in Purgatorio, Ita Sanctus Thomas in 4. dist. ad. quael. 1. art. 3. ad 5. ubi haec scribit: Dicendum quod post hanc vitam non potest esse meritum respectu praemii essentialis, sed respectu alicuius accidentalis potest esse, quamdiu manet homo in statu vitae aliquo modo, & ipse in purgatorio potest esse actus meritorius, quantum ad remissionem culpae venialis.

Vel dici potest secundo cum eodem S. Doctore quael. 6. de malo art. 11. ad finem corporis articuli, actum aliquem anime iusti a corpore separatae, culpae veniales remittere, non sicut in praesenti vita per modum meritivi satisfactorii, sed per modum condignae retractationis & displicentiae, removens prohibens.

90 Obijciunt secundo, si actus contritionis & caritatis quos anime a corpore separatae eliciunt, valeant ad remissionem culpae venialis, valebunt etiam pro remissione poenae: Sed hoc dici nequit, aliquo animo illam quam citissime liberarent ab omni poena, per actus sequentes & ferventes, quos vinculis & impedimentis corporis expeditis, sensuque poenarum, & desiderio bestitudinis excitatae promptissime exercent: Ergo &c.

91 Respondeo negando sequens Maioris: Ratio est, quia beneficium remissionis culpae est illis necessarium, debent enim, ut fruantur aliquando beatitudine, ad quam jus habent per gratiam sanctificantem, purgari a culpa venialium: & non possunt ab ea purgari, nisi per remissionem, ad quam Deus praerequirat dispositionem aliquam, per detestacionem sufficientem peccati: at beneficium remissionis poenae non est illis necessarium, cum possint rigide satisfati, id est solvere totam poenam debitam peccato veniali. Unde licet per actus caritatis quos in instanti separationis, vel in purgatorio eliciunt, remissionem culpae venialis consequantur, non tamen remissio-

nem poenae illi debita, sed illam in purgatorio per conditionem satisfactoriem solvant.

Quares, quandonam anima a corpore separata eliciant actum illum contritionis & caritatis, quo peccata venialia detestantur & retractant, eorumque remissionem consequuntur.

Respondent aliqui, talem actum elici ab anima separata, in ipso instanti separationis animae a corpore, quia anima, statim a corpore separata, agnoscit suas culpas ut impedimentum ad gloriam, & perfectam familiaritatem cum Deo, unde statim eas detestatur, & in ferventem caritatis vel contritionis actum prorumpit, antequam ingrediatur purgatorium, in quo tantum purgantur poenae ex praeteritis peccatis relictae. Haec responsio & sententia probabiliter non caret.

Probabilior tamen videtur alia opinio, quam approbare videtur Sanctus Thomas quael. 6. de malo art. 11. ad 19. ubi innuit animam a corpore separatam actum illum caritatis vel contritionis quo peccata venialia detestatur elicere in ingressu purgatorii, rationemque insinuat in illo argumento cui respondet, sic enim ibi dicitur: Quando est aliquid magnum bonum quod desiderat, & magnum malum quod imminet, excitatur intentus desiderium ad consequendum bonum, & evadendum malum: Sed anima separata, quae est purgatorio obnoxia, imminet magnum malum, scilicet acerba purgatorii poena, & differtur a maximo bono, scilicet a vita aeterna: Ergo statim excitatur in ea fervens desiderium &c.

DISPUTATIO V.

De perfectione remissionis peccatorum.

Ad quaestionem 88. D. Thomae.

Explicata natura & principali effectu poenitentiae, quae est remissio peccatorum mortalium & venialium, dicitur S. Thomas de perfectione huius effectus, ostenditque peccata semel per poenitentiam remissa, per subsequens peccatum non redire. De quo breviter in hac disputacione agendum est. Unde fit

ARTICULUS I.

Utrum peccata semel per poenitentiam remissa, per subsequens peccatum redeant, vel redire possint?

§. I.

Quibusdam praemissa, triplici conclusione utraque discutitur resolvitur.

Notandum primo, peccata remissa duobus modis redire dici posse, primo quoad esse physicum, si nimirum idem numero peccatum jam omnino destructum reproduceretur; secundo quoad modum essendi moralem, si nempe propter peccatum subsequens Deus rescindat praecedentem condonacionem, & peccata remissa rursus in memoria retineat in ordine ad odium peccatoris propter illa, & in ordine ad poenam illis debitam.

Notandum secundo, dupliciter adhuc intelligi posse, a peccata remissa redire quoad modum essendi moralem, nimirum simpliciter & secundum quid. Ut redeant primo modo, requiritur quod peccatum subsequens remissionem, virtualiter continet totum reatum praecedentem delictorum; ut vero redeant secundo modo, sufficit quod peccatum subsequens fiat gravior intuitu praecedentis remissionis aliorum peccatorum.

Notandum tertio, non hic solum esse quaestionem de reditu peccati quoad culpam, sed etiam quoad poenam; neque solum procedere de lege & potentia Dei ordinaria, sed etiam de extraordinaria & absoluta. His praemissis, pro resolutione difficultatis proponitur

Dico primo, secundum legem Dei ordinariam peccata semel per poenitentiam remissa, non redeant simpliciter & proprie, nec quoad esse physicum, nec quoad modum essendi moralem, neque secundum reatum culpae, neque secundum reatum poenae, ita quod eorum macula reponatur in homine, aut quod propter illa a Deo puniatur. Est contra nonnullos ex antiquis Theologis, qui putant peccata dimissa redire quoad modum essendi moralem, (teste D. Thoma hic art. 1. in corp. & Sancto Bonaventura in 4. dist. 12. art. 1. quael. 1.) quorum aliqui, ut Hugo Victorinus lib. 2. de sacram. parte 14. capite 9. generatim redire asserunt per quodcumque peccatum sequens: alii vero, ut Praepositus quidam a Divo Bonaventura citatus, non per quodlibet generatim, sed tantum, per hoc quatuor, odium fratrum, apostasiam a fide, contemptum confessionis, & retractationem poenitentiae prius factae: Unde illud dicitur, Exentes estis, apostasiam sitis, spernitque faceris. Remissa peccata pigris, pristina culpa redit.

Secundo, si quis peccavit peccato infidelitatis, & postea poenitet, & iterum labatur in peccatum luxuriae, vel per tale peccatum redit prior infidelitas, vel non? Si non redit, habetur intentum; si redit, ergo amittit fidem, per peccatum luxuriae; quod est omnino absurdum, cum ex vi talis peccati, nulli articulo fidei discredat. Ita egregie dicitur Joannes a S. Thoma hic disp. 39. art. 1.

Ad id, quod si redirent peccata remissa, non possent iterum tolli, nisi per aliquod Sacramentum; Non aliud quam poenitentia: Ergo teneretur homo iterum confiteri peccata illa, quod est absurdum, & a Benedicto XII. Extravaganti, Inter cunctas damnatum. Ibi enim definit, absurdum esse, ut quis peccata per poenitentiam remissa, rursus debeat confiteri; & ut debitor liberatus, adhuc maneat ad solvendum obligatus.

Confirmatur: Si peccata actualia per poenitentiam remissa redire possent, etiam peccatum originale per baptismum sublatum posset redire. Sed hoc dici nequit? Ergo nec illud. Sequela Majoris videtur manifesta, est enim eadem ratio quoad hoc de peccato originali, ac de actualibus. Minor vero suadet, si enim rediret peccatum originale, deberet rursus tolli per aliquod sacramentum: Non per poenitentiam, quia illa non est instituta in remedium peccati originalis, sed solum peccatorum actualium post baptismum commissorum: Ergo per baptismum; & sic baptismus deberet iterari, quod est haereticum.

De perfectione remissionis Peccatorum.

Prima pars quae asserit non redire peccata secundum esse physicum, manifesta est, peccata enim non possunt redire secundum esse physicum, nisi redire idem numero actus per quem commissa sunt: At talis actus redire nequit, saltem secundum potentiam Dei ordinariam, quod enim semel defuit, nequit idem numero secundum potentiam Dei ordinariam reproduci; Nec possunt actus vitales reproduci a Deo, sine influxu vitali voluntatis, quae sine dubio experiretur in seipsa reproductionem illam, non minus quam experta fit primam productionem: Ergo secundum legem Dei ordinariam, peccata semel per poenitentiam remissa, quoad esse physicum redire nequeunt.

Quod vero etiam non redeant secundum modum essendi moralem, five quoad culpam, five quoad poenam, ostenditur primo ex Scriptura & SS. Patribus, dicitur enim Ezechiel. 18. Si impius egerit poenitentiam, omnium iniquitatum ejus quae operatus est non recordabor. Et Nehem. 1. ubi Vulgata habet, Non confinger duplex tribulatio, Septuaginta vertunt: Non vindicabit Dominus bis id ipsum in tribulatione. Si autem peccata secundum modum essendi moralem redirent per sequens peccatum, Deus recorderetur eorum, & bis ea puniret: Ergo peccata per poenitentiam remissa, five quoad culpam, five quoad poenam, non redeant. Unde Prosper in resp. ad 2. objectionem Gallorum: Qui rediit a Christo, & alienus a gratia fuit hanc vitam, quid nisi in perditionem cadit? Sed ratio non id quod remissum est recedit, in originali peccato damnabitur; qui tamen propter postrema crimina ea morte afficitur. Et Gelasius Papa in cap. Finali de poenit. dist. 4. Divina (inquit) clementia, dimissa peccata in ultionem ulterius redire non patitur.

Ratio etiam suffragatur: Primo, quia remissio peccatorum, prout nunc fit, est talis ut peccata quoad esse morale aboleantur absolute, id est sine ulla conditione, vel suspensione, vel dependentia a peccato futuro: Ergo peccatum sequens non potest esse causa ut redeant secundum modum essendi moralem. Patet Consequentia, quia si peccatum sequens revocaret priora, id faceret propter decretum divinum, quia scilicet Deus constituit, ut qui post remissionem peccaret, reus fieret omnium peccatorum praeteritorum. Antecedens vero probatur, tum ex Scriptura in qua absolute poenitentem promittitur remissio peccatorum; tum ex formis Sacramentorum, quae etiam absolutam peccatorum remissionem significant.

Secundo, si quis peccavit peccato infidelitatis, & postea poenitet, & iterum labatur in peccatum luxuriae, vel per tale peccatum redit prior infidelitas, vel non? Si non redit, habetur intentum; si redit, ergo amittit fidem, per peccatum luxuriae; quod est omnino absurdum, cum ex vi talis peccati, nulli articulo fidei discredat. Ita egregie dicitur Joannes a S. Thoma hic disp. 39. art. 1.

Ad id, quod si redirent peccata remissa, non possent iterum tolli, nisi per aliquod Sacramentum; Non aliud quam poenitentia: Ergo teneretur homo iterum confiteri peccata illa, quod est absurdum, & a Benedicto XII. Extravaganti, Inter cunctas damnatum. Ibi enim definit, absurdum esse, ut quis peccata per poenitentiam remissa, rursus debeat confiteri; & ut debitor liberatus, adhuc maneat ad solvendum obligatus.

Confirmatur: Si peccata actualia per poenitentiam remissa redire possent, etiam peccatum originale per baptismum sublatum posset redire. Sed hoc dici nequit? Ergo nec illud. Sequela Majoris videtur manifesta, est enim eadem ratio quoad hoc de peccato originali, ac de actualibus. Minor vero suadet, si enim rediret peccatum originale, deberet rursus tolli per aliquod sacramentum: Non per poenitentiam, quia illa non est instituta in remedium peccati originalis, sed solum peccatorum actualium post baptismum commissorum: Ergo per baptismum; & sic baptismus deberet iterari, quod est haereticum.

Haec argumenta probant, peccata semel per poenitentiam remissa, non redire etiam quoad poenam; cum enim poena non debeat nisi propter culpam, si non redeat peccatum quoad culpam, non redibit etiam quoad reatum seu obligationem ad poenam.

Dico secundo, licet peccata semel remissa non redeant simpliciter propter peccatum subsequens, redire tamen secundum quid. Primo, quia frequenter & vulgari loquendi modo, dicitur aliquid redire, quando ei succedit aliquid simile; sic enim dicimus redire febrem, redire pluviam, redire hyemem, & similia; At peccata mortalia quae de novo committuntur, quantum ad privacionem gratiae, & reatum poenae aeternae, similia sunt illis quae iterant per poenitentiam remissa: Ergo peccata semel remissa, redeunt secundum quid propter peccatum subsequens. In hunc sensum D. Thomas hic art. 1. intelligit illud Jacobi 2. Quicumque totam legem servaverit, offensus autem in uno, factus est omnium reus: quia scilicet privatur omni gratia, & beatitudine, ac mercede operum, proinde ac si nullum mandatum servasset.

Secundo, peccata semel remissa, propter peccatum subsequens redeunt secundum quid, quia peccatum subsequens fit gravior, ob circumstantiam ingratitude, in hoc constitentis, quod homo post acceptum beneficium remissionis divinae, peccat.

Est autem magna differentia inter hunc modum redeandi, & alium purum & simplicem quem praecedenti conclusione negavimus; nam in simplici reditu, plura essent peccata, praeter illud sequens; in isto autem non est nisi peccatum illud quod de novo committitur, sed aggravatum ex peccatis prioribus, five potius ex eodem remissione. Sicut autem quaedam peccata sunt, quae magis pugnant contra beneficium remissionis, ita majorum in se continent ingratitude, & magis aggravantur, hujusmodi sunt ea quatuor quae recensit D. Thomas hic art. 2. scilicet odium fratrum, apostasiam a fide, contemptum confessionis sacramentalis, & retractatio poenitentiae prius factae.

De perfectione remissionis Peccatorum.

Prima pars quae asserit non redire peccata secundum esse physicum, manifesta est, peccata enim non possunt redire secundum esse physicum, nisi redire idem numero actus per quem commissa sunt: At talis actus redire nequit, saltem secundum potentiam Dei ordinariam, quod enim semel defuit, nequit idem numero secundum potentiam Dei ordinariam reproduci; Nec possunt actus vitales reproduci a Deo, sine influxu vitali voluntatis, quae sine dubio experiretur in seipsa reproductionem illam, non minus quam experta fit primam productionem: Ergo secundum legem Dei ordinariam, peccata semel per poenitentiam remissa, quoad esse physicum redire nequeunt.

Quod vero etiam non redeant secundum modum essendi moralem, five quoad culpam, five quoad poenam, ostenditur primo ex Scriptura & SS. Patribus, dicitur enim Ezechiel. 18. Si impius egerit poenitentiam, omnium iniquitatum ejus quae operatus est non recordabor. Et Nehem. 1. ubi Vulgata habet, Non confinger duplex tribulatio, Septuaginta vertunt: Non vindicabit Dominus bis id ipsum in tribulatione. Si autem peccata secundum modum essendi moralem redirent per sequens peccatum, Deus recorderetur eorum, & bis ea puniret: Ergo peccata per poenitentiam remissa, five quoad culpam, five quoad poenam, non redeant. Unde Prosper in resp. ad 2. objectionem Gallorum: Qui rediit a Christo, & alienus a gratia fuit hanc vitam, quid nisi in perditionem cadit? Sed ratio non id quod remissum est recedit, in originali peccato damnabitur; qui tamen propter postrema crimina ea morte afficitur. Et Gelasius Papa in cap. Finali de poenit. dist. 4. Divina (inquit) clementia, dimissa peccata in ultionem ulterius redire non patitur.

Ratio etiam suffragatur: Primo, quia remissio peccatorum, prout nunc fit, est talis ut peccata quoad esse morale aboleantur absolute, id est sine ulla conditione, vel suspensione, vel dependentia a peccato futuro: Ergo peccatum sequens non potest esse causa ut redeant secundum modum essendi moralem. Patet Consequentia, quia si peccatum sequens revocaret priora, id faceret propter decretum divinum, quia scilicet Deus constituit, ut qui post remissionem peccaret, reus fieret omnium peccatorum praeteritorum. Antecedens vero probatur, tum ex Scriptura in qua absolute poenitentem promittitur remissio peccatorum; tum ex formis Sacramentorum, quae etiam absolutam peccatorum remissionem significant.

Secundo, si quis peccavit peccato infidelitatis, & postea poenitet, & iterum labatur in peccatum luxuriae, vel per tale peccatum redit prior infidelitas, vel non? Si non redit, habetur intentum; si redit, ergo amittit fidem, per peccatum luxuriae; quod est omnino absurdum, cum ex vi talis peccati, nulli articulo fidei discredat. Ita egregie dicitur Joannes a S. Thoma hic disp. 39. art. 1.

Ad id, quod si redirent peccata remissa, non possent iterum tolli, nisi per aliquod Sacramentum; Non aliud quam poenitentia: Ergo teneretur homo iterum confiteri peccata illa, quod est absurdum, & a Benedicto XII. Extravaganti, Inter cunctas damnatum. Ibi enim definit, absurdum esse, ut quis peccata per poenitentiam remissa, rursus debeat confiteri; & ut debitor liberatus, adhuc maneat ad solvendum obligatus.

Confirmatur: Si peccata actualia per poenitentiam remissa redire possent, etiam peccatum originale per baptismum sublatum posset redire. Sed hoc dici nequit? Ergo nec illud. Sequela Majoris videtur manifesta, est enim eadem ratio quoad hoc de peccato originali, ac de actualibus. Minor vero suadet, si enim rediret peccatum originale, deberet rursus tolli per aliquod sacramentum: Non per poenitentiam, quia illa non est instituta in remedium peccati originalis, sed solum peccatorum actualium post baptismum commissorum: Ergo per baptismum; & sic baptismus deberet iterari, quod est haereticum.

Haec argumenta probant, peccata semel per poenitentiam remissa, non redire etiam quoad poenam; cum enim poena non debeat nisi propter culpam, si non redeat peccatum quoad culpam, non redibit etiam quoad reatum seu obligationem ad poenam.

Dico secundo, licet peccata semel remissa non redeant simpliciter propter peccatum subsequens, redire tamen secundum quid. Primo, quia frequenter & vulgari loquendi modo, dicitur aliquid redire, quando ei succedit aliquid simile; sic enim dicimus redire febrem, redire pluviam, redire hyemem, & similia; At peccata mortalia quae de novo committuntur, quantum ad privacionem gratiae, & reatum poenae aeternae, similia sunt illis quae iterant per poenitentiam remissa: Ergo peccata semel remissa, redeunt secundum quid propter peccatum subsequens. In hunc sensum D. Thomas hic art. 1. intelligit illud Jacobi 2. Quicumque totam legem servaverit, offensus autem in uno, factus est omnium reus: quia scilicet privatur omni gratia, & beatitudine, ac mercede operum, proinde ac si nullum mandatum servasset.

Secundo, peccata semel remissa, propter peccatum subsequens redeunt secundum quid, quia peccatum subsequens fit gravior, ob circumstantiam ingratitude, in hoc constitentis, quod homo post acceptum beneficium remissionis divinae, peccat.

Est autem magna differentia inter hunc modum redeandi, & alium purum & simplicem quem praecedenti conclusione negavimus; nam in simplici reditu, plura essent peccata, praeter illud sequens; in isto autem non est nisi peccatum illud quod de novo committitur, sed aggravatum ex peccatis prioribus, five potius ex eodem remissione. Sicut autem quaedam peccata sunt, quae magis pugnant contra beneficium remissionis, ita majorum in se continent ingratitude, & magis aggravantur, hujusmodi sunt ea quatuor quae recensit D. Thomas hic art. 2. scilicet odium fratrum, apostasiam a fide, contemptum confessionis sacramentalis, & retractatio poenitentiae prius factae.

Dico tertio, peccata semel remissa nequeunt, etiam de potentia Dei absoluta, redire quantum ad esse physicum, bene tamen quantum ad modum essendi moralem.

Probat prima pars: Licet possit Deus de potentia absoluta alia a peccato jam destructo reproducere, non tamen ipsam peccatum: Sed per poenitentiam peccatum jam omnino destructum est; Ergo a Deo, etiam de potentia absoluta, reproduci nequit, nec per consequens redire quantum ad esse physicum. Major probatur, quia alias Deus esset auctor peccati, esset enim causa proxima & principalis illius, ex eo quod causa secunda non possit esse nisi instrumentum ad reproductionem peccati, illa enim non habet virtutem innatam ad reproduendum rem semel destructam.

Secunda quoque pars suadet, cum enim Deus sit supremus & absolutus Dominus, possit de potentia extraordinaria remittere alicui peccatum, sub ea conditione, ut si paltea iterum peccaret, tantam culpam & reatum poenae contraheret, quantum contraxisset ex utroque peccato, si prius non fuisset remissum, in quo casu culpa & reatus poenae rediret quoad esse morale: ergo peccata semel remissa, de potentia Dei absoluta, redire possunt quantum ad modum essendi moralem.